



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 32. Rex Neapoli Romam delatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

in honore, quem tanquam Princeps exi- Sæchl. XV.
gere poterat, a suis haberetur: huic in- A. G. 1495.
super Carolus ad tuendum Neapolis Re-
gnum non nisi quatuor armatorum millia
reliquit, spe fretus, Principes Arrago-
nensi Familiæ infensos auxilio futuros;
Verum illi in fide Gallorum non perman-
serunt. Præterea Rex Albinio Con-
nestabilis officium, necnon Calabriæ
Præfecturam, & Georgio de Syllly Ta-
rentini Principatus regimen credidit;
Gratianum vero de Guerres natione Vaf-
conem Aprutiensi Provinciæ præfecit;
Senescallus quoque Belloquadrensis No-
læ Principatu haud contentus, insuper
Cajetæ Gubernator nominatus, auctus-
que fuit supremi regiæ curiæ Magistri,
nec non magni Thesaurarii dignitate: E- Daniel hist.
nimvero, inquit recentior quidam Scri- Franc. to. 5.
ptor, nimis gravia erant hæc officia pro p. 122.
tam exigui ingenii Viro.

§. XXXII.

Rex Neapoli Romam delatus.

Hiscæ dignitatibus, officiisque ita inter La Vign.
suos divisis, Rex die decima nona, journal. du
aut forte vigesima mensis Maji Neapoli Vojag. de
profectus est, Romam recta petiturus. Charl. VII.
Ipsus exercitum suum duxit, in quo ta- Comm. l. 8.
men nonnisi novem bellatorum millia re- Albinus de
censebat. Papa, cum reducem Caro- bello Gall. l. 6
lum

Sæcul. XV.
A C. 1495.

lum jam dudum pertimesceret, foederatorum opem imploravit, obtinuitque quingentos levis armaturæ equites, peditumque duo millia: cum vero hisce copiis securitati suæ haud satis prospectum esset, primo Urbevatum, dein Perusium aufugit, nonnullis Venetorum copiis stipatus, inde vero Patavium, ac denique, si forte Gallorum agmina eum insequerentur, omnino Venetias contendere statuit: Verum præmatura Pontificis fuga Carolum Regem potius ad miserationem, quam iracundiam commovit; unde ejus copię in Romanos ingenti moderatione usæ sunt, nec ulla militaris licentiæ vestigia in Ecclesiæ territorio reliquerunt, si excipias id quod Toscanellæ factum; cum enim ibi cives Gallis, nisi saltem Papæ mandata exhiberent, ingressum negarent, hi admotis scalis irumpebant, ac quasdam civium domos exspoliabant. Dein Gallorum exercitus recto tramite Roma Senas perrexit, ubi Rex undecima Junii die pervenit, eumque Comminæus adiit, ut illum de Venetorum consiliis certiolem redderet. Carolus integros sex dies Senis moratus est, insuperhabito Comminæi hortatu, qui cum Venetos quadraginta millium exercitu instructos Regi transitum prohibituros, haud temere conjiceret, illi auctor fuit, ut omni cunctatione remota discessum

discessum maturaret, idem quoque Caro-
lo suadentibus Cardinale S. Petri & Tri-
vulcio.

§. XXXIII.

*Senenses a Gallorum Rege in fidem
recepti.*

Nihilominus Rex in hac urbe longio-
rem trahebat moram, Senensium
precibus expugnatus, qui adversus fa-
ctiones, quibus eorum Respublica preme-
batur, Caroli auxilium implorabant;
cum autem Monte-novienses devicti
essent, reliquæ tres factiones satius du-
xerunt, exteri Principis imperio ultro
se subicere; unde Regis præsidium
publice exorabant, clam Ligniacensi Co-
miti annua viginti aureorum millia pol-
liciti, si ipse a regia sua Majestate urbis
regimen impetrare posset. Hac de re
Regis Senatus maturam habuit delibe-
rationem, ubi Comminæus Ligniacensis
sententiæ acriter obstitit, mentemque
suam his verbis declaravit: prudentiæ
legibus consonum est, quod ea non ac-
ceptentur, quæ semel possessa conserva-
ri nequeunt; quid autem magis certum,
quam quod Fœderati Gallis vix ex E-
truria egressis, mox Monte-noviensium
factioni, ut eorum ope res suas Senis
restaurent, suppetias oblaturi sint, datam
D fidem

Hist. Eccles. Tom. XXXI.